CONSERVÆ, & SACCHARA.

CONSERVÆ.

Herbar. Absinthii,
Acetosæ.
Florum Aurantiorum,
Boraginis,
Caryophyllorum.
Foliorum Cochleariæ.
Florum Consolidæ majoris.
Fruct. Cynosbati.
Summitatum Fumariæ,
Lavendulæ,
Lilii Convallium,
Majoranæ,
Malvæ.
Foliorum Menthæ.
Florum Rosarum { Damascenarum, Rubrarum, Caninarum,
Rorismarini.
Foliorum Rutæ.
Sambuci,
Violarum.
Flaved. Aurantiorum,
Corticis Limonum,
Prunorum Sylvestrium,
Berberorum.

Ex his omnibus fiunt Conservæ, cum Sacchari albissimi triplâ proportione. Notandum tamen, non omnia similiter misceri.

Quædam enim priùs incidi volunt, contundi, & leviter coqui. Quædam nec incidi, nec contundi, nec coqui. Quædam denique horum alterum tantùm ferunt, aut fugiunt. Quâ in re, facilè quivis Artifex, hâc solâ præmonitione, errorem omnem vitabit.

SACCHARUM TABULATUM Simplex & Perlatum.

Fit Prius effuso in vas marmoreum Saccharo, post debitam cocturam cum Aquæ Rosarum pallidarum dimidio pondere. Posterius verò, additâ singulis libris prioris, sub finem coctionis, Margaritarum præparatarum & tritarum semiunciâ, cum foliis Auri octo, vel decem.

SACCHARUM TABELLATUM Compositum.

℞ Rhabarb. electi scrupulos quatuor.
Agarici trochiscati,
Corallinæ,
Cornûs cervi usti,
Fol. Dictamni Cretici,
Sem. Santonici,
Portulacæ,
Acetosæ, ana scrupulum unum.
Cinnamomi,
Zedoariæ,

Caryo-

Caryophyllorum,
Croci, ana ſemiſcrupulum.
Sacchari albiſſimi tenuiter triti libram unam.
Diſſoluto Saccharo in
Aquæ Abſinthii ſimpl. unciis quinque.
Aquæ Cinnamomi Fort. cochleari uno; fiant, cum præſcriptis Speciebus, Tabulæ ſecundùm artem.

SACCHARUM HORDEATUM.

Paratur ex Saccharo, ad lentum ignem, in decocto Hordei, ſoluto, & albuminibus ovorum diligenter concuſſis, ſemel atque iterum inter bulliendum depurato. Mox per pannum colatur, rurſumque igni admotum lentè bullire ſinitur, donec in magnas attollatur bullas, factoque ex arte periculo, dentibus maſticatum non adhæreat. Dein in tabulam marmoream oleo amygdalino inunctam (ſubſidentibus priùs extra ignem bullis) effunditur, ubi promanantes ejus extremitates toties verſus medium reducuntur, donec reſinæ lariceæ inſtar lenteſcat. Tum demum alicubi ad uncum ſuſpenditur, celeriterque manibus amylo conſperſis in fila tenuiora, craſſiora, breviora, aut longiora, diu diſtrahitur, diſtractumque pro libitu, ut indureſcat, tabulæ, ad id paratæ, imponitur.

CONFECTIO de THURE.

℞ Sem. Coriandri præparati, unciam dimidiam.
Nucis Moſchatæ,
Thuris albiſſimi, ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ,
Maſtiches, ana drachmas duas.
Cubebarum,
Corn. Cervi præparati, ana drachmam unam.
Conſervæ Roſarum rubrarum unciam unam.
Sacchari albiſſimi q. ſ. ad conficiendum mediocres Morſellos.

SACCHARUM ROSATUM TABULATUM.

℞ Florum Roſarum rubrarum, demptis ungulis, in Sole celeriter ſiccatorum, unciam unam.
Sacchari albiſſimi, libram unam.
Fundatur Saccharum ad ignem in Aquæ roſar. rubrarum & ſucci earundem, ana unciis duabus.
His ſenſim abſumptis pulveratas Roſas admiſce, ſimulque in marmor effunde, ut
Fiant Tabellæ ſecundùm artem.